



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trent>

Coloniae, 1615

Descriptio iustificationis impij, & modus eius in statu grati[a]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

c Colo. I.

*ficio apostolus gratias nos & semper agere hor-
tatur Patri, qui dignos nos fecit in partē for-
tis Sanctorum in lumine, & eripuit de pote-
state tenebrarum, translulitq. in regnum filij
dilectionis sue; in quo habemus redemptio-
nem, & remissionem peccatorum,*

*Insinuatur descriptio iustificationis im-
pij, & modus eius in statu gratiæ.*

CAPVT IV.

d Gala. 4.
Tit. 3.e Ioa. 3. c.
filius &c.
no dubi-to. de cō-
fe. dist. 4.

Quibus verbis iustificationis impij descri-
ptio insinuatur, ut sit trāslatio ab eo sta-
tu, in quo homo nascitur d̄ filius primi Adæ, in
statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per
secundum Adam Iesum Christum, Salvatorem
nostrum, quæ quidem translatio post Euange-
liū promulgatum, sine lauacro regenerationis,
aut eius voto fieri nō potest, sicut scriptū est:
*e Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu
sancto, non potest introire in regnum Dei.*

De necessitate præparationis ad iustifi-
cationem in adultis, & vnde sit.

CAPVT V.

DEclarat præterea, ipfius iustificationis ex-
ordium in adultis à Dei per Christum Iesu
præueniente gratia sumendum esse, hoc
est, ab eius vocatione, qua nullus eorum existē-
tibus meritis, vocantur; vt, qui per peccata à
Deo auersi erant, per eius excitatem, atq. ad-

iuuan-